



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De Laude Dei, & de necessariis inte[n]denti laudi diuinæ. Pars VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](#)

quis pro se ad Deū dirigit, & est oratio qua alius pro alio intercedit, quæ suffragium dicitur, quod suffragium humiliter intendit, & maximè à sanctis qui iā beati sunt. Job. 5. Ad aliquem sanctorum conuertere. Populus etiam humiliter debet suffragium petere à ministris ecclesiæ. Leuiti. 3. Rogante pro eis acerdoce, propitius erit eis Dominus: Item habetur eiusdem 5. & Num. 16. Deprecatus est Aaron pro populo, & plaga cessauit. Ministri etiam ecclesiæ suffragium humiliter debent petere a populo, exemplo Pauli ad Ro. 15. Obsecro, inquit, vos fratres per Dominum nostrū Iesum Christum, & per charitatem Sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. Item petendum est suffragiū ab his qui creduntur esse specialis Dei amici. Job. 42. Iob seruus meus orabit pro vobis: facta eius suscipiam. Illi verò qui in Christo decedit, dicendū est illud Genes. 40. Memento mei cùm bene tibi fuerit. Libenter debet orare unus pro alio. Iac. 5. Orate pro inuicem, vt saluemini. Et. 1. Io. 5. Qui scit fratre suum peccare peccatum non ad mortem petat, & dabitur ei &c. Multum etiam sperandū est de suffragiis sanctorum. ad Philip. 1. Scio quod hoc mihi proueniet ad salutem per vestram orationem. Idem ad Philemonem: Spero ut orationes vestras donari me vobis. De commendatione, & expositione Dominicæ orationis, require in sermone illo epistolam: Omnes vñanimes in oratione estote. Isidor. de summo bono: Fidei symbolum & dominica oratio pro tota lege parvulus ecclesiæ ad celorum regna sufficit capessenda: omnis enim laudes scripturarum, in eadē oratione Dominicæ & Symboli beatitudine concluditur.

*De laude Dei, & de necessariis intēdenti laudi diuine. P A R S V I I I.*  
 Nunc tangendū est de laude Dei & gratiarum actione, quæ orationibus suis consuevit ecclesia admiscere. Et primò de laude Dei. Ad quam multum incitat nos Sacra scriptura. David immola Deo sacrificium laudis. Idem: Psallite Deo nostro, psallite &c. Ecclesi. 39. In omni corde & ore collaudate & bencidite nomen Domini. Heb. 13. Offeramus hostiā laudis semper Deo. Apoc. 19. Laudē dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deū pusilli & magni. Ad laudandum Deum maximè incitat scriptura Psalmorum in tertia quinquagena, quæ in laude terminatur: Omnis spiritus laudet dominum: & in qua sunt tetralia psalmi incipientes vel à verbo laudandi, vel confitendi, vel cantandi. Item ad laudandum Deū incitat omnis creatura. Gregor. Mirū est, q̄ homo semper Deū non laudat: quia quilibet crea-

tura ad eum laudandum semper inuitat. Opera laudabilie amicem laudabilem ostendunt. Eccl. 9. In manu artificum opera laudabuntur. Proverb. vlt. Laudent eam in portis opera eius. Aug. 4. lib. Confes. Si placent opera domini, ex his lauda: & in amicem corū rorique amore, ne in his quæ tibi placent, tu displices. Idē intellige de aliis operibus Dei. Laudatio Dei est value nobilis operatio, cùm angeli & animæ iam beatæ huic operacioni intendant. In Psal. Beati qui habitant in domo tua. Dominus secula seculorum laudabunt te. Aug. in lib. de Ciuit. Dei: Vacuimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Laudationem ponit ultimā operationē: ideo pallio comparatur. Esa. 61. Pallium laudis pro spiritu meritoris. Pallium significatur aliis vestibus. Ber. loquens de cœlesti ciuitate; dicit quod operatio est assidua Dei laudatio. multum gaudere debet, qui in terris admittitur ad hanc cœlestem operationē exterritam. August. in lib. de doctrin. Christ. Deus cùm de illo nihili agni dici possit, admisit tamen humanæ vocis obsequium, & nobis nostris in laude sua nos gaudere voluit. Bernar. super Cant. Nihil ita proprie in terris representat quandam cœlestis habitationis statū, sicut alacritas laudantium Deum. Qui beatissimi perfectè Deum laudat: sed qui sunt in præsenti vita, imperfecti. Vnde iubilant. Job 38. Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilar. Et omnes filii Dei. Greg. Iubilatio dicitur, cùm colla latitia oris efficacia non impletur. Laudant angeli, qui iam claritatis latitudine in sublimibus vident. Iubilant vero homines, qui adhuc in inferioribus oris sui angustias sustinent. Ben. Semiuuuus in terra relictus semilaudare possum: ubi totus virato ibo totus in laudem. Loqua homini data est ad laudandum Deum: & qui Deum nō laudat, quasi mutus reputatus est. Aug. in libro Conf. Vx. racentibus de te, quoniā loquaces multi sunt. Felix esset qui semper posset laudi diuinę insistere. Hieronymus lingua quæ non nouit nisi de diuinis texere sermonem. In Psal. Semper laus eius in ore meo. Eccle. vlt. Laudabo nōmē tuā fiducie. Esa. 62. Tota die & tota nocte nō tacebūt, operatio ista de est Deo gloriofa. In Psal. Sacrificiū laudis honorificabit me Tob. 12. Opera Dei reuelare & confiteri honorificū est. Itē operatio ista homini valde est utilis. Ipsa malignum spiritu fugit. Reg. 16. Ecce spiritus domini malus exagitat te. Iubeat dominus noster rex, & serui tui qui coram te sunt querant hominem scire tē psallere in cithara: ut quādo ari: puerilis te spiritus dominus malus, psallat manu sua, & levius feras. Et subditur in hoc capti-

David tollit  
cūm ab e  
& ab ini  
rat. Greg.  
dis agitun  
canceret ps  
minem lā  
tib. Iac. 5.  
gl. Crebr  
corde exp  
nis missa  
ditatio ad  
rio mund  
Et notā  
az er que  
nudo mili  
homines  
confitean  
fructū su  
scītem &  
Gaudete,  
dominus  
duo Cher  
quasi ad  
saltando  
tobin qu  
Dei assu  
rificantes  
nem don  
plo laud  
atio ista  
Deus. Ps.  
Vocifera  
Quid cl  
verba no  
mō pro  
peccator  
Confessi  
vox eni  
cessaria  
lantes h

David tollebat citharam, &c. & leuius habebat. Saül: recedebat  
 enim ab eo spiritus malus, in Psal. Laudans inuocabo dominū,  
 & ab inimicis meis salvo ero. Item Spiritus sancto viam præpa-  
 rat. Greg. super Ezec. Cùm vox psalmódia per intētionem cor-  
 dis agitur, omnipotenti Dño iter ad cor paratur. 4. Reg. i. Cùm  
 caneret psaltes, facta est super Eliseum manus domini. Item ho-  
 minem lātificat. In Psal. Exultabunt labia mea cùm cantauerit  
 tibi. Iac. 5. Tristat quis in vobis? oret & quo animo, & psallat.  
 gl. Cerebra psalmódia dulcedine nocuam tristitia peste de  
 corde expellat. Item ad Deum cor eleuat. Bern. Cùm à corde fo-  
 ris missa fuerit omnis immunditia, oculos cordis attollit me-  
 ditatio admirabilis essentie Dei, & castæ veritatis inspectio, ora-  
 dio munda & valida, iubilus laudis & desiderium ardēs in Dñi.  
 Et notandum, quod homines maximē debet instare laudi diui-  
 ne ex quo sunt redempti. Vnde nato Salvatore, facta est multi-  
 tudō militiæ celestis laudantium Dñi. Luc. 2. ad prouocandum  
 homines ad Dei laudem. David: Confiteantur tibi populi Deus,  
 confiteantur tibi populi omnes. Et subditur causa: Terra dedit  
 fructū suum. Terra dicitur beata Virgo, quæ dedit fructum suf-  
 ficiēt & hominibus & angelis ad æternā refectionē. Esa. 52.  
 Gaudete, & laudate simul desertā Ierusalem: quia consolatus est  
 dominus populum suum, redemit Ierusalem. Fecit Salomon  
 duo Cherubin in lateribus arcæ, habentes pedes obliquatos, &  
 quasi ad iubilandum eleuatos, ut in tripudiis habent mulieres  
 saltando iubilantes. Arca figurat Dominicum corpus. Duo Che-  
 rubin quasi iubilantes iuxta arcain, sunt clerci & religiosi, filii  
 Dei assumēdo humanam naturā humiliatum laudantes & glo-  
 rificantes. Item legitur Luc. vlt. de discipulis, quod post ascēcio-  
 nem domini reversi sunt in Ierusalem, & erant semper in tem-  
 ple laudantes & benedicentes Dñi. Item notandum, quod ope-  
 ratio ista discretè est exercēda. In Psal. Quoniam rex omnis tētræ  
 Deus, psallite sapienter. Item Bern. Psallite ei in vociferatione.  
 Vociferatio est desiderij magnitudo. Vnde super illud Exod. 14.  
 Quid clamas ad me? Dicit gl. Voces apud aures Dei non faciūt  
 verba nostra, sed desideria. Et qui vult laudi Dei insistere, Pri-  
 mò prouidēda est mūditia. Eccl. 15. Non est speciosa laus in ore  
 peccatoris. In Psal. Confessio & pulchritudo in conspectu eius.  
 Confessio, inquit, laudis. Can. 2. Sonet vox tua in auribus meis:  
 vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Denique sex sunt ne-  
 cessaria, quæ tāgit Ber. super Can. 13. sermone, his verbis: Immo-  
 lantes hostiam laudis, & reddentes vota nostra de die in diem,

CURS

curemus omni vigilantia iungere sensum visui , affectu sensu , exultationem affectui , gratuitatem exultationi , humilitatem gratitati , libertatem humilitati , quo interdu liberis purgatae mentis passibus procedamus , & exceedamus per inusitatam qualidam affectiones , speciales laetitias , in subtileis amoenitatibus , in lumine Dei , in suavitate , in Spiritu sancto . Sensus iungendus est visus est . Psalmorum intelligentia cum attentione prolationi vocis . Vnde super illud Psalm . Psallite sapienter . dicit gl . Nemo sapienter scit quod non intelligit . Bern . Cibus in ore , psalmus in cordem negligat anima illu terere detibus intelligentiae suae , ne si forte integrum glauciat , frustretur palatum sapore dulciori supermodum & fauori . Item iungendus est affectus sensui . Bern . Nunquam intelliges David , donec ipsa experientia ipsos Psalmorum induceret affectus . David intelligit in illo Psalmo , Domine ne in furore qui affectum timoris induit , ut ad intuitum illius furoris , quod Deus exercebit in die illa contremiscat . Hier . Quoties illa dicta cogito , toto corpore contremisco . David intelligit in illo Psalm . Deus iudicium tuum regi da : qui distinctionem extremi indicat , & ad Christum timorem habet . Duplici enim affectu conturbabatur Psalmista , quem illud peteret . Item exultatio iungenda est affectui . Vnde Hier . Malo psalmum unum cum hilaritate mecum decantare , quam totum psalterium cum torpore , fastidio , & acedendo . Item quia levitas solet comitari exultatione , iungenda est gravitas exultationi . David : In populo graui laudabo te . Itē . Exultate ei cum tremore , & quia homines graues solet contemnere homines leues , vel fauorem vanorum gloriae de gravitate sua exire , ideo humilitas iungenda est gravitati . Bern . Magna virtus humilitas , sine cuius obtentu virtus non solum virtus non sit , sed etiam in superbiam erumpit . Item quia humilitatem quandoque sequitur pusillanimitas , iungenda est etiam humilitatis libertas quae est quoniam cor dilatum est abundantia gratiae , ut mente voluntarie faciat quod pro Deo facit . 1. ad Cor . 3 . Vbi Spiritus domini , ibi libertas . Tullius : Libertas est potestas viuendi ut velis . Item notandum quod non solum laudandus est Deus sermone , sed etiam bene vivendo . Laus enim bonae vitae magis continua est . Aug . Qui Deum lingua laudat , non semper laudate potest : qui Deum moribus laudat , semper potest . 1. ad Cor . 10 . Si manducatis , siue bibitis , vel aliud quid facitis , omnia in gloriam Dei facite . Aug . Si quod manducas & bibas , ad refectionem corporis sumis reparationemque membrorum , gratias agens ei qui tibi praebebat mortali ac fragili ista supplementorum solatia , cibis

aus & potus laudat Deum. Item notandum quod gratiarum est  
Deo laus quae exhibetur in aduersitate, quamquam quae in prosperi-  
tate. Gre. in Moral. Despecta vox confessionis est quam format  
incunditas prosperitatis. Et intelligas hoc de confessione laudis.  
Idem: Sola confessio habet meritum magni ponderis, quamquam a  
veritate rectitudinis non sperat vis doloris in Psal. Rectos decet  
collaudatio. gl. Recti sunt qui dirigunt cor suum secundum vo-  
luntatem Dei, quae est regula, & præponunt voluntatem melio-  
ris suæ voluntati; id est, voluntatem omnipotentis voluntati  
infirmi. Curuus laudat Deum, quando sibi bene est: blasphemat,  
quando male: rectus vero semper, id est, in prosperis & in aduer-  
sus dicit gl. ibidem.

De his quae possunt hominem incitare ad gratiarum actionem. Et de  
beneficiis pro quibus homo regratiari debet Deo. PARS IX.  
Octo sunt quae possunt hominem incitare ad gratiarum actio-  
nem. Primum est, admonitio sanctorum scripturarum.  
Tertius. Disce in referendo gratiam non esse tardus aut segnis. Disce  
si singula dona gratias agere: diligenter considera quae tibi ap-  
ponuntur, ut nulla Dei dona debita gratiarum actione frustré-  
tur. Tob. 3. Omnitèpore benedic Deum. ad Col. 3. Omne quodcū-  
que facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini no-  
stru. Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri. Eiusd. 4. Ora  
non instantes vigilantes in ea in gratiarum actione. Ad Eph. 5.  
Gratias agentes semper. I. ad Thess. 5. In omnibus gratias agite.  
Secundum est, admonitio creaturarum quae incessanter nos  
inuitat ad gratiarum actionem. Beneficium enim datum alicui  
inuitat eum ut danti gratias agat. Ergo quum omnia quae vide-  
mus homini data fuerint, secundum illud Gen. 1. Faciamus ho-  
minem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit pisci-  
bus mari & volatilibus cæli & bestiis terræ, in uestimentis creatu-  
rum; omnia quae videmus ad gratiarum actionem nos inuitant.  
Tertium est, ipsum tèpus in quo sumus, scilicet tèpus gratiarum:  
qui nulla operatio magis congruere videtur quam gratiarum  
actio. Ideo valde bonum videtur gratiarum actioni instare. Prou. 15.  
Sermonem opportunus optimus est. Augu. ad sanctu. Aureliu: Quid  
melius animo geramus, & ore probemus, & calamo exprimamus,  
quam Deo gratias? Hoc enim nec dici breuius, nec audiri latius,  
nec intelligi grandius, nec agi fructuosius potest. Quartum est,  
quod gratiarum actio operatio est quae exercetur in paradiſo. in  
Psal. Misericordias domini in æternum cantabo. Hoc canticum  
erit gratiarum actio, de hoc quod fuerimus misericorditer aperi-  
calis